



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Defensio peccati fugienda est propter quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Defensio' peccati fugienda est
propter quatuor.*

Primo, quia Deus non liberat il-
lum à peccato¹, qui defendit
peccatum. Vnde Salomon dice-
bat. Qui abscondit scelera, sua non
dirigetur. & Ambr. Cum factus es
peccati tui defensor, quo modo erit
Deus liberator? ut sit ipse liberator,
nuestro accusator. Secundo, quia de-
fensori peccati, Deum in culpa sua in-
volumere uult. quod quidem magnum
peccatum est. Vnde super illud Gene-
sis. Mulier quam dedisti mihi dece-
pit me. dicit Glossa. Proprium est
peccantibus Deo uelle attribuere un-
de accusanrur. Et super illud Psalmi.
Nolite inique agere, &c. dicit etiam.
Malum est peccare, & peius est per-
seuerare, pernitiosissimum est defen-
dendo se, in Deum culpam suam
proiicere. Tertio, quia magna est stu-
titia uelle defendere pessimum ho-
stem quem habet, silicet peccatum,
quod est pessimus hostis: quia nec ho-
mo, nec diabolus potest nocere ho-
mini si cauerit se ab hoste. Vnde Gre-
gorius dicit. Nulla nocebit aduersitas
si nulla dominetur iniquitas. Quarto

Ambr.

Gen. 3.

Glossa.

Psal. 78

Grego.

CHRISTIANA.

to fugienda est exemplo sanctorum,
qui culpabiles se timent, & agnoscunt
culpam ubi non est. Vnde Gregorius.
Piarum mentium est, ibi culpa agno-
scere ubi culpa non est. Prou. decimo
oœtauo. Iustus in principio accusator
est sui. Ille enim qui peccatum non
fecit, nec inuentus est dolus in ore
eius, signa peccati habere non ti-
muit. uoluit enim circuncidi, & cum
inquis deputari, & esse opprobrium
hominum, & abiectione plebis. Vnde
Hieronymus. Quantuncunque abi-
ctus fuero, nunquam abiectior ero
Iesu Christo.

*Desideria, à quibus debemus ab-
stinere, sunt tria.*

Primo, debemus abstinere à de-
sideriis carnalibus, quæ sunt de-
lectationes carnis. Vnde Paulus ad Romanos dicit. Et carnis cu-
ram ne feceritis, &c. Secundo à de-
sideriis secularibus, desideria secula-
ria sunt honores seculares. Vnde Pan-
lus ad Titum dicebat. Apparuit gra-
tia saluatoris nostri Dei omnibus ho-
minibus erudiens nos, ut abnega-
tes impietatem & secularia desideria
sobrietate, & iustitate, & piety uiuamus in hoc

Greg.

Pro. 18.

Hieron.

Rom. 13

Tit. 2,